



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

X. Venditio de semetipso, qualiter homo liber venundetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

complacuit valens sol. tantos. Ita vt  
ab hodierna die, quicquid de supra-  
dicto seruo facere volueris, liberam  
habeas potestatem. Et si fuerit, aut  
ego ipse, aut vllus de heredibus  
meis, vel quælibet persona que con-  
tra hanc venditionem aliquam ca-  
lumniam vel repetitionem genera-  
re præsumperit, contra cui litem  
intulerit sol. lx. componat, & hæc  
venditio firma permaneat.

X. V E N D I T I O   D E   S E M E T -  
*ipso, qualiter homo liber  
venundetur.*

D Omino semper meo illi, ego  
ille. Placuit mihi vt statum in-  
genuitatis meæ in vestrum debe-  
rem obnoxiare seruitium: quod ita  
& feci. Vnde accepi à te pretium, in  
quod mihi bene complacuit sol.  
tantos, ita vt ab hodierna die, quic-  
quid de me seruo tuo, sicut & de re-

liquis mancipiis tuis facere volueris, à die præsente liberam habeas potestatem. Et quod fieri non credo, si fuerit vlla quælibet persona, quæ contra hanc venditionem, quæ ego mea spontanea voluntate fieri rogaui, aut qui contra eam aliquid agere, vel calumniam generare conauerit, illud quod repetit non vindicet, & contra cui litem intulerit, auri libram viam, argenti pondo quinque coactus exsoluat, & hæc venditio firma permaneat.

XI. EPISTOLA COLLE-  
ctionis.

**N**Os quoque in Dei nomine matricularij sancti illius, dum matutinis horis ad ostia ipsius Ecclesiæ obseruanda conuenissemus, ibique infantulum sanguinolentū, periculo mortis imminentem, panis inuolutum inuenimus, & ipsum